

Cax. B. 022

MARCI LYCKLAMA

A NYEHOLDT,

EQUITIS AURATI

JURISC. FRISL.



MEMBRANARVM

LIBRI SEPTEM,

1787

In quibus

Ad Constitutiones Codicis & Novellarum plurimas,  
Leges Pandectarum infinitas, Institutionum paragraphos  
nobiliores, Locos auctorum liberaliori literature non paucos, de  
rebus in his perlectas nostrorum temporum maxime contra-  
versis Commentarii breves & solidi.

EDITIO SECUNDA.



Num. 48. cap. 8.

Num. 46.

LEOWARDIÆ,

Apud JOHANNEM HENDRICI PRIGGE Bibliopol.

Anno MDCCCXLIV.

*Cassiodorus 8. variar. 10.*

— Nec semper tutus fuit, qui cum numerofo  
hoste contendit: unius forsitan ictus solerter eliditur?  
qui multis restitit, à parte, à qua non credidit, vulnus  
excipit.

Seneca de vit. Beat. ad L. Gallion.

**N**ihil magis prestandum est, quàm ne pecorum ritu  
sequamur antecedentium gregem, pergentes non,  
quà eundem est, sed quò itur. Non est, quòd  
mihì illud discessionum more respondeas: hæc pars major  
esse videtur; ideo enim peior est. Non tam bene cum  
rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant. Ar  
gumentum pessimi, turba est: queramus, quid optimè fa  
ctum sit, non quid usitatissimum.



LEO WARDIE

Apud JOHANNEM HENDRICI PRIGER Bibliopol.

ANNO MDCCCXIV.



ILLUSTRIBUS  
ORDINIBVS  
FRISIÆ,

*Eorundemque*

DELEGATIS

Amplissimis & Nobilissimis.



*Plus aliquod scribere. & inscribere, non adeò difficilis est opera aut utilis: in publicum exponere cum fructu, propior ad famam est, & alia: de eo denique bona iudicia experiri, alea. Nondum tamen terremur, æqua expectamus, cæca nobis iudicia damus. Authores, & scripturimus. Non insani-mus? Sane horum ut ego in numerum ruerem, aut*

\* 2

me da-

MARCI LYCLAMA  
à NYEHOLT

MEMBRANARVM

LIBER PRIMUS.

ECLOGA I.

*Qua explicatur l. 14. C. de fideicom.*



Elebre Valeriani & Gal-  
lieni rescriptum illud est,  
quod extat l. 14. C. de fidei.  
nec dubium, quin ab ob-  
scuritate, quæ, nescio, num  
tanta tamen. Falco sup-  
plex libello oblato Impe-  
ratoribus significarat, fratrem se habuisse,  
qui puellâ quâdam in filiam illegitimè ad-  
optatâ, eam non solum heredem instituis-  
set, sed & ei, adhuc impubes donec foret,  
precariis verbis testamento facto nonnullos  
ordinasset substitutos. Deinde allegarat  
Falco puellam istam nondum quæsita here-  
ditate etsi impuberem decessisse, ideoque se  
tanquam proximum agnatum fratris bona  
ab intestato vindicasse, exclusâ se substitu-  
tis eo juris velo, quod, quæ in testamento  
relinquuntur, si ex testamento non adeat  
hereditas, non valeant. Substitutos ni-  
hilominus molestos sibi esse & hereditatem  
fratris sui à se petere indignatus, confugit  
ad Impm. consulendi gratiâ num jure eis  
contradicat.

Respondent Impm. non jure. Nam ei in-  
quiunt, quam frater instituerat, siue quasi-

ta siue non quæsita hereditate decesserit,  
allegas, ò Falco, simpliciter, hoc est, juxta l. 1.  
§. 1. de vulg. et pup. precariis verbis intesta-  
mento datos substitutos, donec impubes  
foret. Impubes decessit. Eorum ergò peti-  
tio injusta non est. Morâris tamen heredi-  
tatem restituere substitutis. Quo jure? alle-  
gas eo, quoniam puella ista non legitimè  
adoptata fuerit, & antequam hereditatem  
adire potuit, mortua, ut substitutio initium  
capere non potuerit. Ad hæc respondemus,  
nihil prohibere: quò minus substituti fidei  
commissum petere possint vel ab ipsius  
puellæ heredibus, si ei ante mortem acqui-  
sita fuerit hereditas, vel à vobis, qui bona  
vestri fratris ab intestato vindicatis, si ille-  
gitimè fuerit puella adoptata & ante acqui-  
sitionem mortua; Nec obstare, quod regu-  
lariter tradatur, ea, quæ in testamento relin-  
quantur, si ex testamento non adeatur here-  
ditas, non valere. Nam id tunc demum ve-  
rum est, cum verbis relicta directis adiri po-  
tuit, non cum illa sic data est, ut ex causa fi-  
dei commissi sit à legitimis heredibus, qui  
ab intestato veniunt, postulanda veluti hic  
aut à puellæ heredibus aut à te, Contra te

A

autem